Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Contentiones uitandae propter duo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

ligetis eum quaſi uos metipſos. Ad-
uena eſt, qui magnus peccator fuit,
cui peccatum ſuum non eſt exprobri
Ecle, 8 dum. Eccleſiaſtic. Ne deſpicias ho-
minem auertentem ſe à peccato, ne-
que improperes ei. memento quo-
niam omnes in corruptione ſumus.

Contentiones uitandæ propter duo.

Matt. 5. PRimo, quia ſcriptura docet. Ma-
thæi cap. quinto. Qui uult
iudicio, uidelicet, altercatione
contendere, & tunicam tuam tolle-
Luc. 6. re, dimitte ei & palium, &c. Et Lu.
Qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas
ſilicet, altercando. Non ſolum autem
contentiones ſed eorum occaſiones.
Vnde Paulus ſtultas autem queſtio-
nes ſine diſciplina deuita, ſciés quod
Tit. 2. generant lites. Seruum autem Dei
non oportet litigare, ſed manſuetum
eſſe ad omnes. Siquis contentioſus
eſt inter uos, nos talem conſuetudi-
nem non habemus, neque eccleſia
Pro. 20. Dei. Et in prouerbiis dicitur. Hono-
rem homini qui ſeperat ſe à conten-
tione. Secundo, propter mala, quæ
ex contentione oriuntur, quæ ſunt
quatuor. Primum eſt malum exem-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

plum. Vnde Paulus ad Timoteum. 2. Ti. 2.
Noli uerbis contendere ad nihilum enim utile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. Ambroſius. Collatio inter dei ſeruos eſſe debet, non altercatio. Ambr.
Secundum eſt, quia contentioſus diabolo adſimilatur. Vnde ſanctus Ambroſius dicit. Nihil eſt ſimilius Ambr.
actibus dęmonum quàm litigare. Diabolus enim ſemper quęrit contentiones, & lites, ſic & peruerſus. Vnde in prouerbiis dicitur. Crudelis ſemper Pro. 18.
iurgia quærit; malus autem angelus contra eum mittetur. Tertium eſt; quia reddit hominem ſtultum. Vnde in Prou. dicitur. Labia ſtulti immiſcét Pro. 18.
ſe rixis, & os eius iurgia prouocat.
Quartum eſt, quia oſtendit hominem ſuperbum. Prou. Inter ſuperbos Pro. 28.
ſemper iurgia ſunt. Idem. Qui ſe iactat, & dilatat, ſemper iurgia concitat. Pro. 28.

Curſus triplex.

PRimus, eſt ad mortem temporalem. Paralip. ultimo. Dies noſtri quaſi umbra terram, & nulla eſt mora. 1. Paralip. ultimo.
Et Auguſtinus. Nil aliud eſt tempus præſentis uitæ, quàm curſus ad mortem. Auguſ.
Regum decimoquar- 1. Re. 14